

quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac de verbo ad verbum infererentur, & exprimerentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die quinta Junii 1669. Pontificatus nostri Anno Secundo.

CXI.

Erectio Novi Hospitalis in Civitate Neapolitan. sub Invocatione Sancti Petri, & Sancti Januarii pro usu Pauperum, Mendicantium, & otio vacantium.

CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ Nuncio in Civitate Neapolitan. commoranti salutem, & apostolicam benedictionem.

Esides Apostolica veluti pia mater de filiorum suorum cura, & salute sollicita præcipue vero Pauperum, & miserabilium qui ob membrorum mutilationem, aut alium naturæ defectum quotidianum vitium per Ecclesias, & Plateas, ac ostium sibi quaerere sunt coacti, ne ob temporalium rerum caritatem totam vitam miserabiliter ducere cogantur pia Christianissimum ad fundationem Hospitalium pro similibus excipiendis personis tendentia vota opportunis favoribus, & gratiis profectui consuevit.

Expositio. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Gubernatorum Hospitalis, & Ecclesiæ Sancti Petri, & Sancti Januarii extra mœnia Civit. Neapolitan. noviter erigendi petitio continebat, quod alias seu nuper tunc existentes dilecti similiter filii Gubernatores sine cura, & non collativa Ecclesiæ dilecti Sancti Januarii extra prædicta mœnia Civitatis Neapolitan., & Hospitalis dictæ Ecclesiæ pro usu tempore pestis tali morbo affectorum canonicè erecta, quibus etiam alias Hospitalis, & Ecclesiæ hujusmodi bonorum, & rerum regimen, & gubernium, ac fructuum &c. distributio, & applicatio pro peste laborantium, & cessante, Pauperum Civium Civitatis Neapolitan. subventionem, & aliis elemosynis eis benevolis, Diocesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita Apostolica auctoritate concessa fuerant, prout in Literis Apostolicis desuper expeditis plenius continetur. Existimantes propterea de bonis, & fructibus hujusmodi libere, & licite, ut præfertur, disponere posse, remissentemque etiam quod dilecti similiter Filii Communitas, & Homines

dictæ Civitatis tempore postremæ pestis novum Hospitalis forsan pro usu Pauperum Mendicantium, qui jugiter, & ubique, præsertim in Ecclesiis Christianifideles inibi orantes non sine strepitu, et importunitate molestant, et aliarum utriusque sexus personarum otio vacan. construendi Deo Omnipotenti voverant quædam cortilia, et ædes, seu Fabricas prædictæ Ecclesiæ, annexa, necnon omnia, et quæcumque alia dictæ Ecclesiæ, et primodicti Hospitalis jura, census, fructus &c. etiam decursos ad illa quomodolibet spectan. pro erectione dicti novi Hospitalis sub invocatione Sancti Petri, & Sancti Januarii, ac illius Fabrica, ac in eo pro tempore degentium sustentatione, ac onerum illi incumbentium supportatione ad instantiam, & contemplationem dilecti filii Petri de Aragon moderni Proregis Neapolitan. sub diversis pactis, & conditionibus licitis tamen, & honestis, reservato tamen nostro, & Sedis prædictæ, seu alterius Superioris, quatenus opus esset beneplacito dederunt, & concesserunt, ac donatio, & concessio sic, ut præfertur, facta dictis Gubernatoribus Hospitalis, & Ecclesiæ presentium vigore erigendorum hujusmodi acceptata fuerunt, prout in scripturis desuper confectis etiam plenius continetur. Et successive ipse Petrus Prorex in Cortilibus, & Fabricis hujusmodi novas ædes, & ædificia ad usum Hospitalis cum Refectorio, Dormitorio, aliisque Officinis, & commoditatibus, necnon Ecclesiæ, Sacristia, Campanilli, Cæmeterio ac congrua, & sufficienti suppellectili tam sacra, quam profana etiam median. elemosynis a pluribus piis Christianifidelibus larga manu elargitis construi, & edificari, ac instrui respectivè curavit, & benedicente Domino in dictis novis ædibus, & ædificiis quingenti circiter Pauperes non sine spirituali Communitatis, & Hominum hujusmodi consolatione ad præsens reperiuntur.

Expositio. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat donatio, & concessio hujusmodi a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum nulla, & invalida declarata fuerint ipsaque Congregatio prædicti Petri Proregis pietate, & zelo ab ea plurimum commendatis censuerit, si Nobis placuisset per Literas Apostolicas in forma Brevis sub Annulo Piscatoris posse committi nostro, & dictæ Sedis Apostolicæ Nuncio in dicta Civitate commoranti, ut ipse Nuncius arbitrio, & conscientia bona, & fructus etiam decursos donata, & concessa hujusmodi Gubernatoribus Hospitalis, & Ecclesiæ, sic, ut præfertur erigendorum ex integro concederet, & assignaret, aliaque infra scripta concedi, & ordinari posse, prout in supplici libello pro parte dicti Petri Proregis Nobis, & Congregationi prædictæ humiliter porrecto, ac resolutione, seu Decreto ejusdem Congregationis desuper, sub Datum

Supplicatio

tum Romæ die 31. mensis Augusti Anni Domini 1668. emanata, seu emanato similiter plenius continetur.

§.3. Quare pro parte Petri Proregis, & Gubernatorum Ecclesiæ, & Hospitalis sic erigendorum hujusmodi Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur memores verbi Propheta: Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, ac cupientes hoc pium opus executioni mandari, proptereaque hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus bona, jura, fructus &c. etiam decursos aliaque a Gubernatoribus primodictis Hospitalis, & Ecclesiæ sic erigen. hujusmodi, ut præfertur, donata, & concessa cum omnibus, & singulis pactis, conditionibus, obligationibus, clausulis, & declarationibus in scripturis desuper confectis expressis, & contentis quibuscumque licitis tamen, & honestis pro tuis arbitrio, & conscientia auctoritate nostra de novo concedas, & in dictis novis ædibus unum Hospitalis sub invocatione Sancti Petri, & Sancti Januarii cum Ecclesiæ, aliisque prædictis per pro tempore existentibus illorum Gubernatores regendum, & administran., in quo Pauperes Mendicantes utriusque sexus, & alie personæ otio vacan. degere, & in Ecclesiæ sic erigen. hujusmodi Sacramenta Ecclesiastica suscipere, & in ejus Sepulturis tam ipsi, quam alii, qui in illis sepeliri voluerint, sepeliri possint sine alicujus præjudicio auctoritate nostra prædicta erigas, & instituas, illique sic erecto, & instituto pro ejus dote, & congrua personarum Mendicantium, & otio vacantium, ac Ministrorum, Officialium, & famulorum illius sustentatione, & onerum ei incumbentium supportatione, & Ecclesiæ prædictæ erigen. hujusmodi mantentione bona, jura, & fructus &c. etiam decursos hujusmodi, aliaque a quibusvis aliis donata, & donan., ac assignata, & assignan. quæcumque postquam donata, & assignata fuerint, ita quod liceat Gubernatoribus pro tempore existentibus Hospitalis, & Ecclesiæ per te erigendorum hujusmodi per se vel alium, seu alios eorum, ac Hospitalis, & Ecclesiæ per te erigendorum nominibus, illorum omnium, & singulorum realem, corporalem, & actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, ac illorum fructus &c. percipere, exigere, & levare, ac in usus, & utilitatem Hospitalis, & Ecclesiæ per te erigendorum, ac Pauperum, Mendicantium hujusmodi convertere, Diocesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, eadem auctoritate nostra etiam perpetuo applices & appropries. Nos enim si concessionem, erectionem, institutionem, applicationem, & appropriationem prædictas per te vigore presentium fieri contigerit, ut præfertur, easdem præsentis etiam ex eo quod in præ-

Convalidat Pontifex donationes prout in rubr.

Clausula præscriptiva.

missis quicumque interesse habentes, seu habere prætendentes præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, vel auditi fuerint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aliove quomodolibet quantumvis magno, & substantiali, ac excogitabili, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, & in jus, vel controversiam vocari ad viam, & terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, aut etiam motu proprio concessa nunquam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendere, sed semper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & cum, in quo antea erant statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriori data per modernos, & pro tempore existentes Hospitalis per te erigen. hujusmodi Gubernatores quodcumque eligenda concessa fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac Gubernatoribus Hospitalis per te erigen. hujusmodi plenissime, & perpetuo suffragari, & ab omnibus illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis ceteris, atque ita per quoscumque judices ordinarios & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, subalternos, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, & si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§.4. Non obstantibus nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac de exprimendo vero annuo valore, necnon Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure expressis fieri prohibentis, ac fel. rec. Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri de gratis interesse Camera Apostolicæ quomodolibet concernen. in eadem Camera infra certum inibi expressum tempus registrandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in synodalibus, provincialibus, universalibus, & generalibus Conciliis editis, & edendis, specialibus, vel generalibus sub quibuscumque tenoribus, & formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam iteratis

Clausula sublatæ, & desere tum irritans.

Contraria tollit.

ratis vicibus etiam contra similia in contrarium premissorum quovis modo, & quomodolibet concessis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, acsi de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem presentibus, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens hac vice dumtaxat lastissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse derogamus contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, quod Governatores pro tempore erigentes Ecclesie, & Hospitalis per te erigendorum hujusmodi, de rebus gestis, & administratis Tibi juxta Concilii Tridentini dispositionem quot annis rationem reddere omnino teneantur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo sexagesimo nono, nonis Julii Pontificatus nostri Anno Secundo.

Dat. die 9. Junii 1669. An. II.

CXII.

Constitutio prohibens Mercaturam, & Negotiationes seculares Ecclesiasticis praesertim Religiosis quibuslibet in Indiis Orientalibus, & America nunc, & pro tempore existentibus.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Solicitude pastoralis officii, quo Ecclesie Catholicae per universum Orbem diffuse regimini per inefabilem Divinae Sapientiae, atque Clementiae abundantiam praesidemus, Nos stimulat, ut ea, quae Christianae Religionis, Catholicaeque Fidei propagationi remoram, vel impedimentum iniicere, ac in Virorum in sortem Domini vocatorum, & praesertim Religiosorum, qui semetipsos adnegarunt, & mundana omnia contempserunt, ut Christum lucrifacerent, ejusque obsequiis mundo corde, & mente tranquilla unice intenderent, honestatis gloria maculam ponere possent, salubri sanctione e medio tollere, atque radicibus evellere studeamus.

Urbano VIII. negotiatione Ecclesiasticis prohibuit.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Urbanus Papa VIII. Praedecessor noster considerans per Sacros Canones, Conciliorum Decreta, & Constitutiones Apostolicas omnibus Religiosis, ac etiam aliis Ecclesiasticis, praesertim in Sacris Ordinibus constitutis, mercaturam, & negotiationes seculares districte prohiberi, ac valde damnosum, indecorum, & indecens existere hujusmo-

di personas divino cultui mancipatas, ac praecipue illas, quae ad praedicandum Sacrosanctum Christi Domini Evangelium, destinatae sunt, mercaturae, & negotiationibus hujusmodi se immiscere, aut operam dare, per quandam suam in simili forma Brevis die 22. Februarii 1633. emanatam Constitutionem inter alia Religiosis omnibus cujuscumque Ordinis, & Instituti, tam non Mendicantium, quam Mendicantium, etiam Societatis Jesu, eorumque singulis, tam tunc in Insulis, Provinciis, Regionibus, & Regnis Indiae Orientalis, ac Chinae, & Japonum existentibus, quam in futurum ad illa mittendis omnem, & quamcumque mercaturam, seu negotiationem quocumque modo ab eis fieri contingeret, sive per se, sive per alios, sive proprio, sive Communitatis nomine, directe, sive indirecte, aut quovis alio praetextu, causa, vel colore, interdixit, & prohibuit sub excommunicationis latae sententiae poena ipso facto incurrenda, ac privationis vocis activae, & passivae, officiorum, ac graduum, & dignitatum quarumcumque, & inhabilitatis ad ea, ac insuper amissionis mercium, & lucrorum ex eis factorum: quae omnia a Superioribus Religionum, ex quibus delinquentes existerent, reservanda essent ad usum Missionum, quas eadem Religiones habebant, & in futurum habiturae erant in Indiis praedictis, & non in alios usus: ac eisdem Superioribus districte praecipit sub eisdem poenis, ut in hoc invigilarent, & contra delinquentes ad praedictas poenas procederent, sublata eisdem facultate hujusmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus, & lucris quantumvis minimum remittendi, aut condonandi, & alias prout in dicta Urbani Praedecessoris Constitutione, cujus tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§.2. Cum autem (sicut non sine gravissimo animi nostri dolore accepimus) multi ex iisdem Religiosis, & personis ecclesiasticis, propriae professionis, injunctaque sibi gravissimi ministerii immemores, ab ejusmodi mercatura, & negotiationibus secularibus non abstineant, sed sese a debita praedictae Constitutionis Urbani Praedecessoris observatione sub variis praetextibus, coloribus, & subterfugiis eximere conati fuerint, & satagent de praesenti, in deplorandam animarum suarum perditionem, perniciosum quoque exemplum, & scandalum plurimorum: Nos salutaribus Doctoris Gentium praecipis edocti, quod nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit, tam grande, tamque exitiosum ab Ecclesia Dei malum Apostolici zeli vigore propellere, scandalorumque inde nascentium occasiones recidere, ac saluti animarum, & Christianae Religionis, Catholicaeque fidei propagationi, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter consulere, omnemque lucrorum mundanorum spem personis celesti

Pontifex confirmat, & innovat prohibitionem pro ut in rub.

lesti militiae adscriptis, praesertim ad infidelium conversionem, & Evangelii praedicationem destinatis, quas sicut bonos Christi milites laborare, & ministerium suum honorificare oportet, ut eo studiosius, ac impensius adspirante superni favoris auxilio horrea Domini novis semper frugibus locupletare satagent, omnino adimere decrevimus.

§.3. Itaque Sacris Canonibus, ac Decretis, & Constitutionibus praedictis inherentes, illaque, & praesertim memoratam Urbani Praedecessoris Constitutionem in iis quae praesentibus literis non adversantur, approbantes, & innovantes, & circa praemissa de novo disponentes, & statuantes, motu proprio, ac ex certa scientia, & maturam deliberatione Nostris deque apostolicae potestatis plenitudine omnibus, & singulis personis ecclesiasticis, tam secularibus, quam regularibus cujuscumque status, gradus, conditionis, & qualitatis, ac cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, etiam Societatis Jesu, & earum cuilibet, quae ad Insulas, Provincias, Regna Indiarum Orientalium, & praesertim in Provinciam Societatis Jesu de Japonenuncupatam, ac in partes Americae, tam Australes, quam Septentrionales a Sede Apostolica, vel Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum, aut ab earum Superioribus sub nomine Missionariorum, aut quovis alio titulo pro tempore missa fuerint, aut in illis partibus quomodolibet morabuntur, sub excommunicationis latae sententiae, ac privationis vocis activae, & passivae, & officiorum, dignitatum, & graduum quorumcumque per eas obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quaecumque in posterum obtinenda, necnon amissionis mercium, & lucrorum omnium ipso facto incurrendis, ac aliis Nostris, & Romani Pontificis pro tempore existentis, vel praedictae Cardinalium Congregationis arbitrio imponendis poenis, tenore praesentium districte prohibemus pariter, & interdicens, ne mercaturis, & negotiationibus secularibus hujusmodi quovis praetextu, titulo, colore, ingenio, causa, occasione, & forma, etiam semel, per se, aut mediantibus Ministris, seu aliis personis subsidiariis, directe, vel indirecte, tam nomine proprio, quam suarum respective Religionum, seu Congregationum, ac Societatum, etiam Jesu, vel aliorum quorumlibet, & alias quovis modo, & qualitercumque se ingerant, vel immisceant. Ac ex nunc proatex tunc, & contra postquam casus evenerit, merces, & lucra quaecumque, quae ex hujusmodi mercaturis, & negotiationibus provenerint, & provenient, in usus, & commodum Pauperum, Hospitalium, Seminariorum Ecclesiasticorum, ac Operariorum (non tamen Religionum, Congregationum, & Societatum, etiam Jesu, seu Instituti eorum, qui in praemissis, vel circa ea deli-

querint) sed aliorum non delinquentium, harum serie applicamus, qui teneantur consignare merces, & lucra hujusmodi locorum Ordinariis, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus, aut Officialibus, vel Apostolicis Vicariis, seu Provicariis: Si vero tanquam dictae Sedis Delegati, illa, ut praefertur, & non in alios usus distribuere, & erogare debeant; super quibus eorum conscientiam districte oneramus. Et quia in praemissis, & circa ea delinquentes, ut plurimum praetextu necessitatis pro eorum Missionibus, se excusare praesumunt, excusationes hujusmodi eis, eorumve cuilibet nullo modo suffragari posse, vel debere decernimus, & declaramus.

§.4. Insuper eisdemmet censuris, & poenis innodamus, & innodatos fore declaramus Superiores immediatos, ac Provinciales, & Generales praedictorum Ordinum, Congregationum, & Societatum, etiam Jesu, qui eorum respective subditos in praemissis, vel circa ea, etiam pro unica vice quomodolibet delinquentes, saltem per amotionem illorum a locis commissa per eos delicti non puniverint; a sententia vero excommunicationis hujusmodi per Superiores, vel alium, seu alios quoscumque, etiam quavis facultate suffultos, nemo ex praedictis delinquentibus absolvi possit, praeterquam in mortis articulo constitutus, nisi lucris hujusmodi prius restitutus.

§.5. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, & alii quilibet, cujuscumque status, gradus, ordinis, praesentiae, & dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causae propter quas ipsae praesentes emanarint, sufficienter adducta, verificata, & justificata fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis justa, pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissime, & totalis lesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integram, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia in-

Poenam Superiores permittentibus in jungit.

Decretum irritans.

Nec aliter iudicari possit decernit.

violabiliter, & inconcusse observari. §.6. Sicque, & non aliter in pramissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Curia Camera Apostolicae Generalem, & Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Camerae Praesidentes, Clericos, Thesaurarium Generalem, Commissarium, aliosque Officiales, & Ministros, necnon S. R. E. praedictae Camerae, seu Procamerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, & dictae Sedis Nuncios, ceterosque quoslibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & funturos, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.7. Non obstantibus, quoad ea quae praesentibus adversantur, praedicta Urbani Praedecessoris, ac rec. mem. Bonifacii PP. VIII. Praedecessoris pariter nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, itaut vigore praesentium etiam ultra duas, pluresve dietas quilibet in iudicium trahi possit, & pia mem. Pii IV. & Pauli V. aliorumque Romanorum Pontificum etiam Praedecessorum nostrorum super spoliis Camerae praedictae applicandis, ac ejusdem Pii IV. Praedecessoris de gratiis quaecumque interesse dictae Camerae concernentibus in ipsa Camera intra certum tunc expressum tempus praesentandis, & registrandis, itaut praesentes literas ibidem praesentari, registrari, & insinuari nunquam necesse sit, necnon quatenus opus sit, de jure quaesito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, ceterisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac dictae Camerae, & Provinciarum, Regnorum, Regionum, Ordinum Congregationum, Institutum, Societatum, etiam Jesu, Domorum, & Collegiorum, quorumcumque, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, facultatibus, licentis, & Literis Apostolicis quibusvis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, eorumque Superioribus, & personis, etiam particularibus, & aliis quibuscumque, etiam speciali nota dignis, & de necessitate juris, vel facti omnino exprimendis, etiam cum facultate eligendi posteriorem datam, quam nemini adversus easdem praesentes literas ullo modo suffragari unquam posse statuimus, & decernimus, ac sub aliis quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in

specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse, & ceteri, illaque nemini adversus praesentes literas suffragari volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Exequutores deputat.

§.8. Ceterum volumus, & expresse mandamus, ut eadem praesentes literae, seu earum exempla, etiam impressa, notificentur, & intimentur omnibus, & singulis Ordinum, Congregationum, Institutum, & Societatum, etiam Jesu, hujusmodi Superioribus Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, ad hoc, ut eorum, & praedictorum Religiosorum eis respective subditorum hominibus illas acceptent, & earum exempla transmittant ad illos cum archaestimis praecipis easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque plenarie, & integre, ac vere, realiter, & cum effectu exequendi, & observandi.

§.9. Ac insuper quibuslibet locorum Ordinariis, eorumque Officialibus, Vicariis in spiritualibus generalibus, ac Apostolicis, & Capitularibus Vicariis amplam, & liberam concedimus, & impartimur facultatem praesentes literas in locis eorum cujuslibet respective jurisdictionis publicandi, ad hoc ut illarum ignorantia allegari nequeat, & allegata minime suffragari debeat.

Transumptis fides danda.

§.10. Et quia difficile foret praesentes literas originales ubique ostendi, & publicari, volumus pariter, & decernimus illarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus in iudicio, & extra ubique locorum fidem haberi, quae haberetur ipsis praesentibus literis, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Junii 1669. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 17. Junii 1669. An. II.

De-

CXIII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Declaratio circa solutionem Decimae quoad Ecclesiasticos Regnorum, & Provinciarum Coronae Aragoniae.

Ven. Fratri Federico Patriarchae Alexandrin. nostro, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio.

CLEMENS PAPA NONUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Alexand. VII. concessit Philippo IV. subventionem quendam ab Ecclesiasticis solvendam.

§.1. **A**lias fel. rec. Alexander PP. VII. Praedecessor noster in subventionem clare memor. Philippi IV. dum vixit Hispaniarum Regis Catholici indixit, & imposuit unam semel in duobus annis tunc proximis, illorum nempe singulo pro medietate perfolvendam Decimam, quae in totum ad summam octingentorum millium ducatorum monetae Hispaniae ascenderet, juxta taxam a tunc existente suo, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio taxandam omnium fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, & distributionum quotidianarum omnium Ecclesiarum Archiepiscopatum, Episcopatum, Collegiarum, & Parochialium, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam menzarum Abbatialium, Capitularium, tam Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quam quarumcumque Collegiarum Ecclesiarum, & Conventualium, Prioratuum quoque, ac ceterorum Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac quorumvis Ordinum utriusque sexus etiam Mendicantium annuos redditus habentium, tam virorum, quam Mulierum, necnon Congregationum, Institutum, & Societatum Regularium, etiam Societatis Jesu, & praeterea Hospitalium, & Militiarum quarumcumque (exceptis tamen Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus) & Fratribus Militibus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, qui pro sui tutela contra Turcas, & alios Infideles, alienis auxiliis quotidie indigebant, & quoad curata, iis, quorum centum; quo vero ad simplicia Beneficia Ecclesiastica, iis quorum annui redditus summam viginti quatuor ducatorum auri de Camera non excederent, in Regnis Castellae, & Legionis, ac Aragoniae, & Valentiae, necnon Principatu Cathaloniae, atque Insulis Balenaribus, & Sardinia, omnibusque Provinciis, & Ditionibus in eisdem Regnis, & Insulis comprehensis existentium, ac similiter omnium pensionum super praemissis assignatarum, & assignandarum, & alias sub certis modo, & forma tunc expressis; Ac praetatum tunc; & pro tempore existentem suum, & dictae Sedis in praefatis Hispaniarum Regnis Nuncium, Decimae hujusmodi collectorem cum facultatibus opportunis constituit, & deputavit, ipsique Nuncio taxam, & repartimentum hujusmodi pro dicta summa octingentorum millium Ducatorum conficiendi amplam potestatem concessit, prout in ipsius Alexandri Praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis die vigesima Octobris 1662. expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus uberius continetur.

Quae tamen fuit postea moderata.

§.2. Et subinde pro parte Charissimi in Christo filii nostri Caroli eorundem, Hispaniarum Regis Catholici dicto Alexandro Praedecessori exposito, quod habito necessitate Ecclesiarum dictorum Regnorum Castellae, & Legionis ratione, portio Decimae praefatae easdem Ecclesias contingens ex Regiae Majestatis benignitate, ad minorem nempe quingentorum viginti quinque millium ducatorum dictae monetae Hispaniae summam reducta fuerat, residuo ipsis Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis remisso, & condonato, ac etiam biennium solutioni ejusdem Decimae per literas praefatas praefinitum eisdem Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis Regnorum Castellae, & Legionis ad quadriennium ex pari benignitate amplatum extiterat; Idcirco idem Alexander Praedecessor, ut summa quingentorum viginti quinque millium ducatorum monetae hujusmodi intra quadriennium praefatum facilius exigi, taxaque, & repartimentum opportunum desuper expeditis confici valerent, providere, necnon difficultatibus, quae circa praemissa oriri possent, obviare, ac exemptionem, seu exceptionem praefatam ut infra moderari volens, per alias suas pariter in forma Brevis die 9. Decembris 1665. expeditas literas, quarum tenorem praesentibus itidem pro expresso haberi volumus; Quod ex Parochiales Ecclesias, quarum centum, & Beneficia simplicia praefata, quorum redditus Annui vigintiquatuor ducatorum auri de Camera summam respective non excederent, obtinentibus ad contributionem, & solutionem portionis Decimae hujusmodi, sicut praemittitur reductae, omnes, & singuli ii tenerentur, & obligati essent, qui ad solutionem, & contributionem subsidii, & primae Decimae Excusati nuncupat. in illis Regnis tenebantur, & illa solvebant, decrevit, & declaravit. Nec non tunc existenti suo, & Sedis praefatae in memoratis Hispaniarum Regnis Nuncio ad omnimodam primodictarum literarum cum omnibus, & singulis facultatibus, & indultis ibi expressis, executionem juxta tamen decreti, & declarationis hujusmodi tenorem, & servata alias earundem literarum forma, procedendi facultatem concessit, & alias prout in ultimodictis Alexandri Praedecessoris literis plenius etiam continetur.

§.3. Cum autem, sicut praefati Caroli Regis nomine Nobis nuper expositum fuit, in ultimodictis Alexandri Praedecessoris literis Regnorum, & Provinciarum Coronae Aragoniae mentio facta non fuerit, & Ec-

Ad perpetuam rei memoriam.

IN ipsis Pontificatus nostri primordiis, cum multas Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Congregationes ad certarum rerum, & negotiorum in amplissimum Romanae Curiae alveum ex omnibus Mundi partibus assidue confluentium tractationem, atque determinationem a felic. record. Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, ad Ecclesiae Catholicae, ac Ditionis temporalis ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae utilitatem prudenti, salubrique consilio institutas reperissemus, quae incumbentem Nobis ingentem curarum molem pro sua quaque parte sublevent; nullam tamen adhuc erectam videremus, quae facri Indulgentiarum thesauri cura, & dispensationi, sacrarumque reliquiarum recognitioni, disquisitioni peculiariter incumberet.

Prooemium.

Ereccio de qua in rub.

§.1. Nos eundem inestimabilem thesaurum fidei dispensatione erogare, & omnia quae sacras reliquias hujusmodi continent, recte, atque ordine disponere cupientes, nonnullos ex memoratis Cardinalibus, ac aliquos Curiae praedictae Praelatos, aliosque viros religione, pietate, doctrina, & rerum usu eximia praeditos selegimus, quorum consilio, opera, & industria tam gravem muneris nostri partem ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiae honorem, ac spiritualem Christianifidelium aedificationem facilius implere valeremus. Hi vero subinde, prout rerum, & negotiorum momenta postulabant, insimul convenientes, commissam sibi a Nobis Provinciam recte, & fructuose, atque ex animi nostri sententia haecenus administrant. Quapropter sperantes in Domino non minus utiliter in futurum quoque defudaturam esse eorum industriam, ac salubris consilii, quod auctore Deo suscepimus fructum, eodem adjuvante, atque incrementum dante, perennare desiderantes.

§.2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine Congregationem ejusdem S. R. E. Cardinalium, ac Praelatorum, & aliorum virorum praedictorum a Nobis, ut praefertur, electorum, & deputatorum, ac in futurum tam a Nobis, quam a Successoribus nostris Romanis Pontificibus eligendorum, & deputandorum, cum facultate omnem difficultatem, ac dubietatem in sanctorum reliquiis, aut indulgentiis emergentem, quae ad fidei dogma non pertineat (Nobis tamen, & Romano Pontifice pro tempore existente circa graviora, difficilioraque consultis) expediendi: Ac, si qui abusus in eis irrepserint, illos, iudicii forma plane postposita, corrigendi, & emendandi; causas vero judicialem formam requirentes ad proprios Iudices remittendi: Fallas, apocryphas, indiscretasque Indulgentias

clesiastici eorumdem Regnorum, & Provinciarum, qui ratam dictae Decimae octingentorum millium ducatorum monetae Hispaniae, sicut praemittitur impositae nondum solverunt, ratam, sive portionem Decimae hujusmodi eos tangentem juxta formam Ecclesiasticis dictorum Regnorum, Castellae, & Legionis per ultimodictas Alexandri Praedecessoris literas praescriptam, solvere, sive contribuere recusent: Nos specialem dicto Carolo Regi gratiam facere, ac, ut rata, seu portio Decimae hujusmodi nondum soluta ab Ecclesiasticis dictorum Regnorum, & Provinciarum Coronae Aragoniae facilius exigi, taxaque, & repartimentum opportunum desuper expeditius, etiam confici valeant, providere, necnon difficultatibus, quae circa praemissa oriri possent, obviare, ac exemptionem, seu exceptionem praefatam pariter moderari volentes; motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine; quod ex Parochiales Ecclesias, quarum centum, & Beneficia simplicia in Regnis, & Provinciis dictae Coronae Aragoniae consentientia, quorum redditus annui vigintiquatuor ducatorum auri de Camera summam respective non excedunt, obtinentibus, ad contributionem, & solutionem ratae, seu portionis Decimae hujusmodi, sicut praemittitur, nondum soluta, & adhuc debita omnes, & singuli illi teneantur pariter, & obligati sint, qui ad solutionem, & contributionem Subsidii, & primae Decimae Excusati nuncupat. in eisdem Regnis, & Provinciis Coronae Aragoniae tenentur, & illa solvant, tenore praesentium decernimus, similiter, & declaramus; Tibique ad omnimodam praefatarum Alexandri Praedecessoris literarum cum omnibus, & singulis facultatibus, & indultis ibi expressis executionem, juxta tamen decreti, & declarationis in praesentibus literis expressorum tenorem, & servata alias in iis quae praesentibus non contrariantur, eorumdem Alexandri Praedecessoris literarum forma procedendi, apostolica auctoritate earundem tenore praesentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Quam contributionem solvi n audat Pontifex ut in rubrica.

Contraria tollit.

Dat. die 3. Julii 1669. An. III.

§.4. Non obstantibus praefatis Alexandri Praedecessoris literis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in eisdem literis concessa sunt, non obstat, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Julii 1669. Pontificatus nostri Anno III.

CXIV.

Ereccio Congregationis Indulgentiis, & sacris reliquiis praeposita.

gentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi, & examinandi, ac ubi nobis, seu Romano Pontifici pro tempore existenti retulerit, nostra, seu illius auctoritate rejiciendi: Reliquias de novo inventas, quas rec. mem. Innocentius III. Praedecessor noster in Generali Concilio Lateranensi publica veneratione coli, nisi prius auctoritate Romani Pontificis approbatas, prohibuit, recognoscendi quoque, & examinandi; ac in concedendis Indulgentiis, Sanctorumque reliquiis donandis moderationem adhiberi, omniaque pie, sancte, & incorrupte fieri curandi tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituimus.

Clausula praeservativa.

Clausula sublativa.

Derogatio contrarium.

§.3. Decernentes eadem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec de subtractione, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aliove quolibet, etiam substantiali, & formali, ac incogitato, & incogitabili, necessariamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in contrarium vocari, aut ad terminos juris reduci ullo modo unquam posse.

§.4. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. praedictae Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet, quacumque praereminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae Regulae de jure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universis, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis personis, & locis, ac sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum,

nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Julii 1669. Pontificatus nostri Anno III.

Transumptum fides.

Dat. die 6. Julii 1669. An. III.

CXV.

Concessio Indulgentiae Plenariae Christianifidelibus Italiae, & Insularum adjacentium divinam opem implorantibus pro liberatione Civitatis Candiae, & Regni Cretae ab oppressione Turcarum.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad futuram rei memoriam.

Quod jam pluries indictis publice praecibus, a Domino exercituum humiliter devotoque cordis affectu poposcimus, ut Civitatem Candiae Regni Cretae Metropolitim diutina, vehementiq; impiorum Christiani nominis hostium Turcarum obfidione pressam liberare dignaretur, id nunc praecipue, cum iidem Turcae Christiani exercitus adventum antevertere satagentes, Civitatem praedictam effertiori quam unquam rabie expugnare moliantur, ferventiori spiritus ardore, majorique animi contentione faciendum censemus, ut Clementissimus Dominus noster, in cujus manu est liberare in multis, & in paucis, Turcas praedictos in multitudine contumaci, & superbia nil nisi caedes, & excidia spirantes conterat, & disperdat potentia virtutis suae, ac fortissimis Christi pugilibus gloriosa pro ejus honore, Sanctaeque ejus Ecclesiae defensione certamina alacriter subeuntibus robur, & fortitudinem, quae de caelo est, multiplicet, nostrosque labores, & curas, ac spem, quam in ejus inestimabili bonitate collocavimus, laeta tandem victoria solari dignetur.

Exordium.

§.1. Nuperrime siquidem omnibus utriusque sexus Christianifidelibus, qui aliquam ex Ecclesiis, seu Basilicis S. Joannis in Laterano, ac Principis Apostolorum, & S. Mariae Majoris de Urbe, in quarum prima, feria 6. ac Sabbato currentis hebdomadae, & Dominica immediate sequenti; in reliquis vero duabus similiter feriis sextis, & Sabbathis proxime subsequenti, hebdomadarum, ac Dominicis pariter im-

Concedit Indulgentias.

mediate sequentibus respective Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, quemadmodum in Orationibus quadragesimalium horarum fieri consuevit, publice venerationi exponi mandavimus, devote visitaverint, ac aliquo ex diebus Sabbathis jejunaverint, & vere poenitentes, ac confessi, idem Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum Dominica subsequenti Sabbathum hujusmodi sumperint, ibique ante Sanctissimum Sacramentum praedictum publice venerationi, ut praefertur, expositum per aliquod temporis spatium, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, ut copias Christianas suo divino auxilio ad defensionem, & totalem liberationem Civitatis Candiae, & Regni Cretae praedictorum ab oppressione Turcarum foveat, & protegere dignetur, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessimus.

Essem per totam Italiam laetur.

§.2. Nunc autem divinam opem similibus pietatis operibus in universa quoque Italia, & Insulis adjacentibus implorari cupientes: Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Praelatis, & Ordinariis Civitatum, & Dioecesium, Oppidorum, Terrarum, & locorum universae Italiae, & Insularum adjacentium hujusmodi, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus praesentium serie committimus, & mandamus, ut statim, atque ipsarum praesentium literarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, in aliquibus suarum respective Civitatum, & Dioecesium, Oppidorum, Terrarum, & Locorum Ecclesiarum per eos designandis memoratum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum feriis sextis, ac Sabbathis, & Dominicis trium continuarum hebdomadarum publice pariter fidelium venerationi exponi curent; Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus, qui aliquam ex Ecclesiis hujusmodi eo tempore, quo idem Sanctissimum Sacramentum publice venerationi ibidem sic expositum fuerit, devote visitaverint, ac aliquo ex istis Sabbathis pariter jejunaverint, & vere poenitentes, ac confessi, die Dominica immediate sequenti Sabbathum hujusmodi Sacra Communione refecti fuerint, ac in eisdem Ecclesiis ante praedictum Sanctissimum Sacramentum per aliquod temporis spatium, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effundendo divinam opem pariformiter invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem similiter concedimus, & largimur. Regularibus vero utriusque sexus in clausura viventibus, qui pariter uno ex diebus Sabbathis jejunaverint, eorumque respective Ecclesias in aliquo ex memoratis diebus visitaverint, ac vere poenitentes, & confessi, sacraque communionem in aliqua ex

Dominicis hujusmodi refecti, Deum ut supra oraverint, ut eandem Plenariam Indulgentiam, & peccatorum remissionem consequantur, indulgemus.

§.4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quae praesentibus ipsis haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Julii 1669. Pont. nostri Anno III.

Fides Transumptis adhibenda.

Dat. die 17. Jul. 1669. An. III.

CXVI.

Commissio Archiepiscopo Mediolanensi procedendi contra Expulsores Inquisitoris Januensis, eorumque complices cum facultatibus opportunis.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Dilecto filio nostro Alphonso Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Littae nuncupato Ecclesiae Mediolanensi, ex concessione, & dispensatione Apostolica Praesuli.

CLEMENS PAPA NONUS

Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Scriba Sanctae Romanae, & Universalis Inquisitionis Procurator Fiscalis, quod cum dilecti filii Sacerdos Michael Pius Passus Frater expresse professus Ordinis Praedicatorum in Civitate, & Dominio Reipublicae Genuae contra hereticam pravitatem Inquisitor, & Deputatus Apostolicus nuper vi, & armata manu in Civitate, & toto Dominio Reipublicae per ejusdem Magistratus, & milites, propriae salutis immemores, non sine maximo Populi scandalo expulsus fuerit: Idem Petrus quo injuria, & offensiones hujusmodi quantocius, ut par est, reparari possint, super reparatione hujusmodi, necnon plena reintegratione, & libero exercitio ejusdem Inquisitoris Officii contra omnes delinquentes summarie agere intendit. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut de opportuno justitiae remedio in praemissis providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Expositio.

§.2. Nos igitur justitiam unicuique ministrari, ac delicta hujusmodi minime impunita remanere volentes, necnon causa, seu causarum infrascriptarum statum, & merita, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, dictumque Petrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat

Committere Archiepiscopo processum contra delinquentes prout in rubrica.

taxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, circumspeditioni tuae per praesentes committimus, & mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, causam, & causas in terminis, in quibus reperiuntur, quam, & quas praedictus Petrus de, & super praemissis contra omnes, & singulos delinquentes, ac quoscumque alios etiam Magistratum, Consiliarios, Gubernatores, Ducem, & Republicam ipsam qui mandatum, auxilium, consilium, favorem, seu ratihabitionem desuper praestiterunt expulsi dicitur Inquisitoris, & quoquo modo dictae expulsi complices fuerunt prosequi, & movere intendit, cum omnibus suis incidentibus, dependen., emergen., annexis, & connexis, totoque negotio principali summarie, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicii, omni que, et quacumque appellatione, reclamacione, recurso, & restitutione in integrum remotis, auctoritate nostra Apostolica prosequaris, audias, cognoscas, simulque, & semel, & unica, vel pluribus sententiis si ita tibi videbitur, prout iuris fuerit, decidas, sineque debito terminis, ac deinde sententiam hujusmodi exequaris, seu debite executioni demandari cures, cum potestate subdelegandi in omnibus, & singulis praemissis, & aliis infra dicendis, & omnibus contentis in praesentibus literis unum, vel plures, prout tibi videbitur: Nos enim Tibi citandi dictos delinquentes, omnesque alios, quos opus fuerit, etiam per Edictum publicum confiso etiam summarie de non tuto accessu, illisque, & quibus tibi videbitur sub sententiis, censuris, & poenis inhibendi: Contradictores in illas, servata forma Concilii Tridentini incidisse declarandi, aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, auxiliumque brachii secularis ad hoc si opus fuerit, invocandi, ac attentata, & innovata quacumque, prout de jure, in primis, & ante omnia revocandi, necnon delinquentes, & alios supra dictos, quatenus opus sit, debitis poenis afficiendi, & puniendi, aliaque omnia, & singula in praemissis, & circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, et exequendi, plenam, et amplam facultatem dicta auctoritate, eorumdem tenore praesentium tribuimus, et impartimur.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, et Concilii Generalis de duabus dietis, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus Constitutionibus, et Ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Ant si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum,

quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. M. M. sub Annulo Piscatoris, die 19. Julii 1669. Pont. nostri Anno III.

Dat. die 19. Jul. 1669. An. III.

CXVII.

Suspensio juris conferendi Beneficia in Civitate, Patria, et Dioecesi Leodien. sita in aliquibus mensibus per obitum vacantia, Universitati Lovanien., illiusque Facultati Artium a Sede Apostolica concessi.

Ex Regest. in Secret. Brev.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Romanus Pontifex aequi, bonique assertor, atque gratiarum dispensator in Terris a Domino constitutus, personas quidem literarum Studiis ad Dei gloriam, Ecclesiaeque honorem, et praesidium, praesertim in Universitatibus Studiorum Generalium a Sede Apostolica institutis, laudabiliter incumbentes, privilegiis, et gratis benigno, liberalique animo decorare, atque fovere studet; summam tamen justitiae rationem habens, si quando personas sic privilegiatas, privilegiorum, atque gratiarum hujusmodi praetextu, a Juris, atque Justitiae, & aequitatis orbita deflectere, nec paternis licet, crebrisque adhortationibus clementer admonitis, inviam reversi conspiciat, eas canonica animadversionis remedio ad debite observantiae, devotionis, & obedientiae tramite revocare satagit, sicut omnibus mature considerationis trutina perpenis, rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

Exordium.

§.2. Ad nostri siquidem Apostolatus notitiam pervenit, quod dilecti filii Rectores, ac Magistri, Rectores, & Scholares, necnon Decani, seu Vice-Decani facultatis Artium, ac Conservatores privilegiorum Universitatis Studii Generalis Oppidi Lovanien. olim Leodien. nunc Mechlinien. Dioecesi a felic. recordat. Martino PP. V. Praedecessore nostro erectae, & institutae plurimis ab hinc annis privilegiis, facultatibus, gratis, & indultis eidem Universitati tam a dicto Martino Praedecessore, quam a rec. mem. Paulo II., Sixto IV., Leone X., Adriano VI., Clemente VII., Paulo III., Pio IV., Gregorio XIII., ac Paulo V., & forsitan aliis Romanis Pontificibus

Motiva.

Prax.